legatione intra vel extra Regnum Servitio militari,
ad Munimenta ad Evictorem, vel alys quibusvis
dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
ad Quietationem praeterea ultra praemissos officy praefati
Castrensis Capitaneatus Leopoliensis Terminos dilationes
sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes,
ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia
poenis Simplicibus vel triplicatis, Evasionibus Suspen
sionibus fatalys Juris, praescriptione Terrestri, bello
Currentis neque, ac alys omnibus Juris remedys et
defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis
evadendo. Itaque praesenti personali recognitione
ad praemissa omnia et singula mediante.

Madalinski et Strusowa mutuo sese Quietant.

Comparentes personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premysliensibus Generosi Alexander de Niedzielsko Ma 1002
dalinski ab una, et Elisabeth de eadem Niedzielsko, Ge
nerosi Michaelis Pauli à Strusy Strus Poculatoris Velunensis
Consors legitima, cum eiusque Generosi mariti sui uti Tutoris
Conjugalis personali authoritate et assistentia, atque ultro
neo ad infrascripta recognoscenda consensu. Sani mentibus
et corporibus exempti, à Terris, districtibus, Juribus, Jurisdictio
nibusque suis quibusvis proprys et competentibus recedendo,
praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni
quo ad Actum hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando

atq Subyciendo, palam, libere, publice, ac pervexpressum reco-
gnoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse
recognovit. Quia ipsi sese mutuo et invicem de Con-
tractu certo, inter se Recognites, ratione certarum rerum
et Conditionum in eodem Contractu expressarum; de
Actu et data illius hic Premysliae die Vigesima Junij
Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo primo
presenti confecto et conscripto, manibus sui Recogno
scentium proprijs ab utrinq subscripto, et Actis Offiy
presentis roborato: necnon de eadem ipsa Inscriptione Ro
boratoria, ac eiusq Contractus, et Inscriptionis roborato
toriae conditionibus, punctis, clausulis, articulis Vadijs
ligamentis, ac nexibus in Universum omnibus, ob suffici-
entem et plenariam Sibi Recognoscentibus ab invicem
praestitam Satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt,
liberosq et absolutos perpetuo pronuntiant, Contractum
eundem, tum et eius Inscriptionem roboratoriam in
toto et per omnia cassant, mortificant, et annihilant, praesens
sibi, suisq posteris, ratione praemissorum omnium perpetuum
imponendo Silentium.

Sayborski atq Niehrebecki mutuo Roborant et Contes Statuent.

1003 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensi
Capitanealibus Premysliensi Gnosi Vladislaus Sayborski ab
Una, et Georgius Niehrebecki parte ab altera. Sani men
tibus et corporibus existentes, a Terris, Debitibus, Iuribus, Su